Q. D. B. V.

EXERCITATIO HISTORICA, De FANATICIS SILESIORUM.

PRÆFAMEN.

DE Quirino Kuhlmanno, Vratislav. juvene non indocto quidem, aſt fanatico noſtris temporibus infelici, ejusque ſtudiis, erroribus & fatis, bono cum DEO dicturus, non abs re aut à tempore hoc noſtro alienum fore putavi, ſi Kuhlmanno jungerem alios cives, & *fanaticos ex incluta Sileſiorum gente oriundos* juſta recenſione exponerem ac indicarem. Quum itaque & curam atque diligentiam in perquirendis *Patriæ* rebus ponerem, non parvam ſane illorum numerum confeci, qui & hoc, quod præceps ruit, & ſuperiori ſeculo publicam Eccleſiæ quietem novis ſuis opinionum monſtris turbatam afflixerunt, & Chriſtianam rem alias labantem & undique ab hoſtibus laceſſitam in diſcrimen adduxerunt. Ab eo e-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn357455339/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG